

Honor Exsequialis

V I R O

Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo

D O M I N O

LUDOVICO PUSCH,

Hereditario in Brzezno, &c.

Inclytæ Reipubl. Thorun. Consuli Seniori,
& militum Præfecto Gravissimo,

*Anno Domini 1693. d. 23. Aug. pie defuncto, & 26. ejusd. solenniter
humato,*

exhibitus

Rectore & Professoribus
Gymnas. Thorunienſis.



THORVNII,

Imprimebat Johannes Balchasar Bresler.



Os *morbos*, passim qui nunc grassantur in
Urbe,

Has itidem mortes, *culpa nefanda* fa-
cit.

Ob peccata *Deus* praestantes eripit Urbi
Saepe *Viros*, ut nunc quisque videre potest.

In melius quare vitam mutemus, ut acres
Discedant morbi, cesset & ira Dei.

Tu verò *Pusch*, *Vir memorande*, quiesce sepulchro
Condite, dum surges latus ad astra poli.

f. c.

P. Hofmann / D.

Consulis egregium nomen, jam Duncte sepultus
Est nuper, *rahida praeda maligna necis*.
Pu'chius hunc sequitur, qui Consul in ordine primus,
Nunc jacet in feretro, *proh dolor, exanimis*.
Sic amissa sacri flemus duo membra Senatûs,
Et Patria Patribus tristia justa damus.
Accidit in centum vix annis talis in Urbe
Casus, tot faciens funera clara simul.

Additur

Additur his socius prudens Austenius, ille
 Qui Scabinorum pars veneranda fuit.
 Hi tres Eximii ferme sunt tempore eodem
 Erepti nobis morte furente Viri.
 Puschius, heu, Noster, bene qui numerare solebat
 Legatum nobis mortuus ecce jacet!
 Ecce jacet Consul nulli pietate secundus,
 Extincta est patrii gloria multa Fori.
 Quas Tibi reddemus, Pater optatissime, grates,
 Pro tantis meritis muneribusq; tuis?
 Carminibus grati tua facta feremus ad astra,
 Nec tuus inter nos demorietur honos.
 Interea mœstam Viduam soletur, Amicos
 Erigat, aeterni gratia larga Dei.
 Et Patriæ reliquos Patres conservet, ab illis
 Avertat morbos, tollat & omne malum.

In honorem piè Defuncti & sola-
 men lugentium posuit

Wenceslaus Johannides,
 Gymn. Thorun. P. P.

So läßt du billich nun der Augen Ströme fließen/
 Dieweil ein Vater dir/ mein Thoren/ ist entrissen:
 Der deiner Väter Zahl mit guttem Ruhm geziert/
 Und nun (o rauhes Wort!) der Grufft wird zugeführt.
 Kaum war der Schlag vorbey/ der die fürnehmsten Glieder
 In dir geschwächet hatt; Bald schlägt der andre nieder
 Recht

Recht eben an dem Theil ein noch Fürnehmers Glied/
Das jedermann beklagt/ weils fast zu bald verschied.
Das ist wohl allzu war/ und darff der glatten Worte
(Die man her ungereimt/ auch an geringem Orte
Aus seiner Feder schäumt) hier im geringsten nicht:
Die Wahrheit leget hier das Lob selbst an das Licht.
H:rr Pusch war liebens werth. Der Vorwurff seiner
Ahnen

Begunte Ihm den Weg zur rechten Tugend bahnen/
Es keimte schon in Ihm in erster Kindes-Blüth
Was reifferer Verstand und Wachsthum nach sich zieht.
Ihm glümmte in der Brust die Asche seiner Ahnen:
Denn ihre Tapfferkeit hat manche Ehren-Fahnen/
Und die Geschicklichkeit so manchen Preis verdient/
Dass auch der Nachruhm noch auff unsre Zeiten grünt.*
Aus solchem Meer hat sich der schöne Strom ergossen/
Aus diesem Staman ist uns der liebe Zweig entsprossen/
Der diesen Edlen Pusch hernach gezieret hatt/
Aus welchem weiter hin erwuchs die Tugend-Saat.
Es schien die Redlichkeit und Treu aus seinen Augen/
Ihm eckelte für die/ so falschen Nectar saugen:
Man hatt Ihn jederzeit auff gleicher Bahn geseh'n.
Wer andern vorgehn soll/ muß niemand hintergehn.

Den

* Die Familie des Wohlseei. Hr. Pusch ist eine alte adeliche Familie. Diese hatt zum ersten geadelte Keyser Ferdinandus I. im Jahr Christi 1550. d. 28. Sept. Und zwar/ so hieß der erste so aus diesem Geschlecht geadelte wurde/ Rudolff Pusch. Hernachmahls hatt Anno 1598. d. 7. Martii Keyser Rudolphus II. ihr Adeltiches Wappen bestättiget und ergröset/ in dem Er sie unter die recht Edelgeborne Rittermäßige Lebens Thurniergenossen/ und zugleich in den Ritterstand erhoben/ auch allergnädigst gewilliget/ dass sie sich Pusch von Gamsfels schreiben möchten. Solches habe aus dem Original des Keyserl. Diplomatis. so der Wohlseeige Hr. kurz vor seinem Tode mir selbst communiciret/ herausgezogen/ und Ihme (wie billig) zu letzten Ehren hiebey anrücken wollen.

Den Schmeichlern war er feind/ die lauter Rosen sprechen/
Und wenns zum treffen kömmt/ mit scharffen Stacheln ne-
chen:

Sein Mund war wie sein Herzk/ das Herzk wie der Mund/
Mit dem ers gutt gemeint/ meint ers ans Herzkgrund.
So war Er. unsrer Schaar nicht oben hin gewogen/
Die wir aus seiner Hand *Legaten* Geld gehoben;

Das ist bey unsrer Schul nach *rarem* Wildbret riecht/
Der's an gutthätigen Gemüthern sehr gebricht.

Ich schweige seinen Witz/ den Er von sich ließ spüren/
Als welcher seinen Stand vernünfftig konte führen:

Er folgte Gottes Wort/ und kluger Rätke Spur/
Wie ihm Gewissen/ Recht und Tugend zog die Schur.

Dies Lob gebühret Ihm. Die Seinen aber klagen/
Und zwar nicht ohne Zug. Die Last ist schwer zu tragen
Wo so ein Pfeiler sinckt. Doch sinckt nicht Gottes Hand/
Die diesen Riß gemacht/ und Ihnen zuerkant.

Sie/ Hochbetrübte Fran/ verweigre ihren Thränen
Den überhäufften Zoll/ und höre auff zu stehnen.

Ihr Herr lebt aus der Angst/ aus aller Noth gerückt;
Die uns noch drücken kann/ und auch vielleicht schon drückt.

Sie lasse nur dafür den frommen Himmel sorgen/
Was der gegeben hatt/ das muß Sie ihm doch borgen

Auff reiche Wiedergab/ die er viel schöner ziert.

Wer mit dem Hummel theilt/ gewinnt/ wenn er
verliert.

Aus schuldigem Mitleiden
schrieb es

M. Johannes Sartorius,

Est clarum, longos extendere nomen in annos,
& genus, & cineres nobilitare suos;
Sed major laus est ejus, quem carmine digno
laudat amatorem turba novena suum.
O *Puschi* dilecte mihi Patriæque Deoque,
summa Magistratus gloria lausque pii!
Non modo Te sanguis generosus, non modo virtus,
ast etiam pietas ornat & usque probat.
Sed Lachesis scelerata colum sine mente, sine arte
dum trahis, heu subito stamina rumpis iners!
Funera densantur! quid tum? nos una superstes
hora manet, de qua plurima secla fluunt.
Felix qui potuit gressus numerare beatos
mortis, & in tuto ponere sortis onus.
O Te felicem, quin terque quaterque beatum
Puschi! dum scandis cœlica regna poli.
Nos sumus in terris, & quæ fortuna futura
sit nobis, non est, ut sibi quisque locet.
Vivimus en hodie, sed cras nos mortis imago
commutare potest in cinerem atque lutum.
Vos qui lugetis soletur diya potestas,
innumeros addat lætitiæque dies.

*calamo dolore insperato vincto
scrib.*

M. Martinus Böhm / P. P.

Non

Non dum Gymnasii doctissima crena quievit
Post Lessum, ad Lessus se movet illa novos.
Condidimus primum, dum scandit Regna Deorum
Duntius, insignis Consulis officio.
Nunc iterum Consul mortalis tramite mortis
Dum currit, debet fundere penna novum.
Res certè rara est, summus è Patribus Urbis
Tolleret ut binos hebdomas una viros.
Jungeret hisq; Virum pulchrâ virtute virentem,
De quo cras Cives debita metra legent.
Odimus has curas, celebrando funera Patrum,
Hos quoniam cupimus vivere perpetud.
At non cessamus grandi pia iusta cothurno,
Et tremulis elegis condecorare Viros.
Sollicitudo horum Musarum instaurat honores,
Sollicitudo fovet tecta, domosq; Schola.
Sollicitudo horum vigilax, curaq; suaves,
Præstant ut noster luceat igne focus.
Hos parvi lautiq; Lares, hos templa requirunt,
Respicit hos iustum cernere quisquis amat.
Vix alios etiam siccos præstare ruina
Tanta potest, gemitûs exprimit illa bonis.
Intrepidus sanè est noster fortisq; Senatus,
Fortis in hoc casu desinit esse tamen.
Nec Populus lacrymas captivat, cernimus Urbem
Flentem, sicut veluti funera parva domus.

Quàm

Quàm benè! quàm rectè! lacrymis discernere oportet,
 Funera mancipii, funera cara Patrum.
 Ut si bruma ferox depascat lilia, lappas,
 Has nullus deflet; lilia flere solent.
 Est Patrum, imò fuit numero quoq; Puschius hujus
 Urbis, qui voluit molliter ire dies,
 Sollicitus fuerat jura Urbis tuta manerent,
 Sit saluus Civis, mœnia salva sient.
 Ergò dolex justè clades, & clara Thoruna,
 Dum Consul primus, Spes tua magna cadit.
 Corpus terra quidem tegit, at mens clauditur arce
 Ætheria, pigrum despicit inde solum.

Nobilissimo Consuli
 dedicat.

Joh. Rezik, P.P.

